Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



36

Gloria in excelsis deo ℣ Cantus angelicus
nuncia pax hominibus bone voluntatis. Laudamus
te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus
te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam
Domine deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine
fili unigenite ~~Jesu xpe~~ Domine deus agnus dei fi
lius patris Qui tollis peccata mundi miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram
Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis Quoniam
tu solus sanctus tu solus dominus tu solus alti
simus ~~Jesu xpe~~ Cum sancto spiritu in gloria dei
patris Amen ℣ ℣ Simbolum ℣ ℣
Credo in unum deum Patrem omnipotentem factorem
celi et terre visibilium omnium et invisibilium et in
unum dominum ~~Jesum xpm~~ filium dei unigenitum et
ex patre natum ante omnia secula deum de deo lumen
de lumine deum verum de deo vero genitum non
factum consubstantialem patri per quem omnia facta sunt
Qui propter nos homines et propter nostram salutem de
scendit de celis et incarnatus est de spiritu sancto
~~ex maria virgine~~ et homo factus est crucifixus etiam pro nobis